



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 11. De Sacerdotum lacrymis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

## CAPVT XI.

*De Sacerdotum lacrymis.*

**D**EVS cū Angelo exterminatori præciperet, vt vniuersalem quamdam per urbem Ierosolymitanam stragem ederet, inhibuit tamē, eos ne tangeret, qui gernerēt; sed signo Thau eorum frontes signaret, & neci eriperet dolētes, cor contritum, & lacrymis oculos suffusos habentes, *Transi per mediam ciuitatem, in medio Ierusalem: & signa thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominacionibus qua sunt in medio eius.* Mysticum profectō auguriū, at certū, Sacerdotes qui lacrymantur, & ob peccata populi luctū induūt, sequestratos & segregatos à persecutionibus infernalibus liberari, vt tandem aliquando saluentur, ad gloriam prædestinati.

Ezech. 9.

Lacrymæ prædestinationis signa.

Regius Psalter hanc cordam tangens, vt qui lacrymis inuitritus erat, in sui consolationem dicebat, eos qui *seminant in lacrymis, in exultatione metere; euntes ire & flere mittentes semina sua, venientes autem venturos portantes manipulos suos.* Dicere volebat & asserere, Sacerdotes imprimis, qui in fletu & gemitu diuini verbi semina in mundi huius agro seminant, cum risu & gaudio fructum & compensationem eorum in altero sæculo collecturos.

Qui in lacrymis seminant in gaudio metent.

Psal. I 25.

Ardens ille sponsus in Canticis amara suæ perfectiones referens, inter ceteras ait, oculos eius esse sicut piscinam in Hesebon, quasi diceret; inter ceteras perfectiones & gratias eius hoc eminere, quod assiduè ploraret, illiusque oculi torrentium & piscinarum instar, continuò lacrymas effunderent.

Cant. 7.

Sponsa

Optima  
Sacerdotis  
dos est fle-  
tus.

Sponsa hæc Ecclesiæ figura fuit, mysteriumque aliud nihil includebat, quam non posse Sacerdotes & Prælatos, qui Ecclesiæ huius oculi sunt, maiores insignioresque perfectiones habere, quam si semper lacrymentur, & è suis oculis fontes quosdam lacrymarum emittant.

*Psal. 138.*

Vereres Hebræi in Babylonicam captiuitatem abducti iuxta flumina confidentes, organaque sua è salicibus frugiperdis suspendentes, amarissimè lamentabantur, quotiescunque incunctissimæ patriæ recordarentur: *super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus dum recordamur tui Sion.* Ad horum exemplum Sacerdotes & fideles, qui dira omnes captiuitate sub mundi huius tyrannide detinentur, non aliter respirare nisi gemiscendo, non aliter loqui nisi lacrymando oporteret, omnesque voluptates & delicias mundi huius contemnuendo, fletum mundescere, quotiescunque iucundè beatissimæ terrarum patriæ animo obuersatur memoria.

Cæli me-  
moria la-  
crymas ex-  
cutere de-  
beret.

Sacerdotū  
vox similis  
sit cantui  
turturis.  
*Can. 2.*

Canticorum sponsa, vbi ver iam aduenisset, & aues minurire inciperent, audiuisse se ait turturum cantillantē in terra sua, & mirabilem ei è cantu eius voluptatem percepisse, *Vox turturis audita est in terra nostra.* Tristis & lugubris autem huius cantus symbolum est vocis & vitæ iuliorum: at præsertim Sacerdotum, qui castorum turturum instar aliud in hoc mundo carmine cantare non debent, quam plaustrum tristitiae fletuum & dolorum, ob propria peccata lamentantes, & ob aliena dolore sese conficientes, quæ vox hæc Deo gratissima est & acceptissima cum in terris Ecclesiæ exauditur.

Lachrymæ  
Ezechiæ  
salutē illi  
attulere.

Ezechiæ rex dum in lecto æger decumberet, Prophetâ suum ad eum Deus destinavit, qui

ceret, *Audivi orationem tuam, & vidi lacrymam tuam, & ecce sanavi te, die tertio ascendes in templum Domini.* O mirabilia! vnica Regis huius lacryma salutis eius est causa, sanitatemque ei attulit, quid non facient igitur infinita suspiriorum millia, & lacrymarum flumina? vos igitur Sacerdotes, qui reges estis lacrymamini, fletuum efficite diluuium, ita enim omnium delictorum vestrorum veniam, animarum sanitatem, & proximi salutem obrinebitis.

Angelus Raphael, cum detecta persona, quis vere esset, Tobie aperiret, ait. *Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Quae verba dum attentius confidero, hinc efficere volo, Sacerdotes dum orationes ac preces suas lacrymis inferciunt & permiscet, Angelos eas contestim Deo offerre; unde apparet infiniti illas valoris esse.

Iustus Raguel Saræ Patet, cum Angelus cum eo de filia coniugio ageret, & multa vltro citroque dicta essent, tandem ait, *Non dubito, quod Deus preces & lacrymas meas in conspectu suo admiserit* Vt hoc in rem meam traham, dico non debere Sacerdotem dubitare, quin Deus statim orationes & preces illius sit exauditurus, quando eum lacrymis illum deprecatur.

*Beati qui nunc fletis, ait Dominus in Euangelio, quia ridebitis, & tristitia vestra conuertetur in gaudium* vobis haud dubie Sacerdotes, Dominus locutus est, beatosque vos pronuntiat si hoc in mundo ploretis, nam in lacrymarum vestrarum compensationem aeterno gaudio perfundemini.

Iesus Christus Pontifex secundum ordinem Melchisedech quod ad aeternitatem, & semel secundum

4. Reg. 20.

Tob. 12.  
Angeli orationes Deo offerunt quas lacrymae comitantur.

Beati qui hoc in saeculo plorant.

Lucæ. 6.

Sacerdotes lacrymantes Missam celebrant.

H

Heb. 5.

cundum ritum Aaron, cruentum crucis sacrificium Patri æterno offerens, cum lacrymis & intenso clamore id ipsum obtulit, Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum qui posset illum saluum facere à morte: cum clamore & lacrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Vt significaret, Sacerdotes, qui illius sunt carij, idem offerentes sacrificium, at non eodem prorsus modo, lacrymis id & precibus profecti debere; contritio quidem corde, & lacrymarum culis proficiscentes, gratum DEO sacrificium est.

Psal. 6.

Plorant &  
orient no-  
ctes dicque.

Dixit olim prudens ille rex, Laboravi in genitum meo lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Idem omnino imitetur Sacerdos, imò verò idem imitetur, atque integras noctes orando lacrymandoque tractat.

Psal. 101.

Plorant  
sua & alio  
rum pec-  
cata.

Cinere tanquam panem manducabam, & guttur meum cum fletu miscebam, ait idem verus Sacerdos qui in Euangelio plusquàm Propheta dicuntur, hoc viuere ritu oporteret, nec aliam manducare panem quam pænitentia, cuius gura sunt cineres, & potionem suam fletu, lacrymis & suspirijs temperare; assiduò inquam propria & aliena peccata deplorare.

Ierem. 9.

Hoc verò ritu rationeque viuere Sacerdos & propheta Ieremias, dicebatque lacrymarum. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interitum populi mei? Sacerdotum & Religiosorum nocte dieque deplorare interitum exitiumque eorum, quos Satan aut peccatum in populo

Mortem  
peccantiū.

dira morte interemit.

Accingite vos & plangite Sacerdotes, ululate ministri altaris, ingredimini, cubate in sacro ministri  
Dei mei, Perijt sacrificiũ & libatio de domo Domini.  
Hic Sacerdotes docentur assidue lacrymari, magna animi pietate Deum deprecari, & poenitentiam membra edomare, cum præsertim deuotio & zelus populi in Ecclesia extincta est, utpote quæ vera & spiritualia sint sacrificia.

Ioel. 1.

Populi teporem.

Inter vestibulum & altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent, parce Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominetur eis nationes. Bonorum haud dubie Sacerdotum est & zelo accinctorum, in altari & in templis assidue lacrymari, populi que bonum, salutem & quietem tranquillitatemque à Deo deprecari.

Ioel. 2.

Pro populo plorant Deique opem expostulant.

Ipsæ namque lacrymæ & fletus arma sunt & umbones Sacerdotum, ut ait Ambrosius, Affligi, inquit, possum, lacrymari possum, suspirare possum & ingemiscere aduersus Gothos inimicos nostros: lacryma meæ arma sunt; t alia enim munimenta sunt Sacerdotis; aliter nec debeo nec possum resistere. Sacerdotis igitur est sub lacrymis belligerare, aliter verò qui resistit, militem sapit.

Lacrymæ; Sacerdotum arma.

Post. Epist.

32. l. 5. in orat. cont. Auxert. 23. q.

8. c. conuenit.

or. 6. quid ergo.

Lib. 3. de sãm. bon. c. 96.

Populi peccata Sacerdotes deficiant,

Boni Sacerdotes, inquit Isidorus, populi debent delicta deslere, & totos se planctibus tradere, ad exemplum Ieremia propheta dicentis, Quis dabit tibi meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Ad eò ut ad Sacerdotes spectet, iniquitates & crimina reip. non secus ac propria deslere, ut eorum compassione tangatur, non verò ut se uero in eadem flagello animaduertat.

H a Sacer-

Collat. 23.  
c. 20.

Sacerdotes iusti, ait Cassianus, cum cogitant illa quæ in mundo eueniunt, & quæ in corde proprio, seseque sentiunt terrenarum cogitationum pondere prægrauatos, ab illa mentis puritate decidere, quin & se interdum inuitos, imo & inscios in legem peccati & mortis præcipiteruere, atq; illa diuina presentia frustrari; habent profectò pro quibus ad Deum iugiter ingemiscant, sese humiliant, ac peccatores confiteantur, veniam commissorum expetant, gratiam Dei implorent, & iugiter veras poenitentiae lacrymas effundant. Sanè hæc qui maturè peccauerit Sacerdos, non ingemiscere non poterit, lacrymis totus madescere, ac diluuium fletuum oculis eijcere,

Ideo quoque omnes sancti, ait idem, quotidianis suspirijs pro hac substantiæ suæ fragilitate compuncti ingemiscunt, cumque diuersitate cogitationum suarum considerare caperint, seipsos considerarint. omnes conscientiae angulos excutere, suppliciter clamant, ne facias iustitiam Domine, intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Sanctorum est, Sacerdotum iustorum est hoc modo vitam instituere, quotidieq; mundi delicta deplorare.

Quam verò lacrymæ Sacerdotibus conueniunt etiam dum confessiones excipiunt, exponit Augustinus, dicens, Quando presbyteri audiunt confessiones, humiliare se debent, & cum tristitia, gemulis lacrymisq; orare non solum pro suis delictis, sed etiam pro fratris casu. Dicit enim Apostolus, quis infirmus est, peccatores dum vsque ad mortem infirmus est, ijs compati simul infirmari, & dolorem suum lacrymis testari. Qui vero peccatis auditis non lacrymatur, ære & adamante durior est.

Peccata excipientes plorare debent.  
1. Cor. 2.  
Burchard. l. 19. c. 2. cum firmatur, & ego non infirmus sum.  
Seqq. ex D. August. & Bonau. in Confession.

Sacerdos igitur, vt suadet Augustinus, cum ad peccatorum confessionem excipiendam se accingit dicat, Omnipotens & misericors Deus, mei peccatoris miserere, vt benignè tibi gratias agam, qui me ad Sacerdotalem dignitatem vocare dignatus es, meque indignum & miserum, mediatorem & intercessorem pro peccatis & poenitentibus constituisti. quique omnes saluari & ad veritatis cognitionem venire desideras, qui non vis mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat; hodie vota mea & deprecationem, quam pro peccatoribus peccatricibusque, poenitentiam amplectentibus effundo, exaudi, veram ijs contritionem impertire, plenam absolutionem concede, & fidelem satisfactionem tribue, generalè per te obtinere misericordiam mereantur. Sancta & pia hæc oratio Sacerdotes decet dignaque est sæpius repeti.

Scribit ita de sancto Ambrosio Paullinus, *Beatus Ambrosius ita solitus est flere, dum in confessione peccata alterius audiret, vt etiam peccatorem consistentem in lacrymas deduceret; lapsus enim alios vt suos deslebat.* Egregium hoc omnibus Sacerdotibus exemplum, vt dum scilicet in spiritalis iustitiæ tribunali cõsident, crimina peccatorum & offensas excipientes, semper suspirent, ingemiscant, & pias compassionis lacrymas effundant.

Idem quoq; exomologesin aliorum excipiendo dicere consueuerat, *Sciebã Domine me indignum esse qui ad Episcopatũ eligerer, quia mũdo totus deditus eram, & rebus secularibus immerfus: quia tamen tua gratia sum id quod sum, & sum omnium Episcoporum minimus, & quoad merita postremus; tamen quia & ego labore aliquem pro Ecclesia tua*

*Ibid. cum aliis.*

*Oratio Sacerdotis antequam confessiones audiat.*

*S Ambrosius excipiens confessionem semper plorabat.*

*Eiusdem præparatio ad confessiones excipiendas.*



sancta suscepi, hunc fructum tuere, ne quē perditū  
vocaſti ad Sacerdotiū, eū Sacerdotem perire pati-  
ris. Sancti hec Præſulis meditatio exēplo ſit om-  
nib. Sacerdotib, ſui vt rationē habeāt, ſeſeque cō-  
ſiderēt, quando velut iudices in rerū crimina-  
lium conſcientiæ tribunali conſeſſuri ſunt.

In vita S.  
Ambroſ.

Est enim ſumma virtus, vt cōdolere norimus pec-  
cantibus affectu intimo, vt tradit Paulinus, Scriptū  
eſt enim apud Prophetā, Non lataberis ſuper filios

Abd. 1.

Iuda, in die perditionis eorum, & non magnificabo

Lib. 2. de  
penit. c. 8.

os tuum in die anguſtiæ. Ideo, dicebat Ambroſius  
ſemper compatiar, cū aliquod mihi peccatoris cri-  
men fuerit reuelatum, non illum inſolenter calum-  
niabor, non ſuperbè illum reprehendam: ſed pie illi

Sacerdos  
peccantib.  
compatia-  
tur.

conſolabor, quod & lacrymis teſtabor. Plorabo  
nim ad vſque ſatietatem, vt deplorans alios, mi-  
iſum deplorem dicens, Magis Thamar iuſtificata  
eſt quàm ego. Sanctum hunc Sacerdotem imitate  
mini Sacerdotes.

S. Auguſt.  
fleuit audi-  
ens cantū  
Eccleſiæ.

Quoties & quantū, teſtatur de ſe Auguſtinus  
fleui in hymnis & canticis ſuavis ſonitus Eccle-  
ſiæ tuæ vocibus acriter commotus: modulationes illius  
vocesq; per aures ingrediebantur, tua verò veritas  
tangebatur cor, atq; hinc deſideriū & mens ad pietatem,  
& oculi parabantur ad lacrymas. Egregia vobis  
doctrina Sacerdotes, vt quando iucundat  
Pſalmorū harmoniā auditis, eodē momēto quod  
voluptas per aures ingreditur, ipſa interna pi-  
etas cordis ad lacrymas vos excitet.

Lib. 9. Con-  
feſſ. c. 6.

Serm. 30.

Seminemus, ait mellifluus Bernardus, hominibus  
bonum exemplum per aperta opera, ſeminemus  
angelis gaudium magnum per occulta ſuſpiria. De-

Lacrymæ  
noſtræ An-  
gelos lati-  
ficant.

cere vult actionibus noſtris ædificari homines  
& fletibus noſtris recreari Angelos.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, Matth. 5. ait Saluator, beatitudines recensens. Beati igitur Sacerdotes sunt, qui oculos in eum duntaxat lugent, visum habent ut plorent; cor, ut suspiret; os, ut singulciat; linguam, ut vota effundat.

Beatus Sacerdos, ait sanctus Nilus, qui studio-De orat. c. 63 se & considerate luctum querit, & lacrymas in Sacerdotu hac vita, tamquam pretiosas margaritas fundit in lacrymæ conspectu Dei. O paradoxa! mundi huius gaudia, gemmæ adulterini smaragdi sunt, & lacrymæ veræ margaritæ. sunt coram Deo.

Iterum Beatus, cuius anima velut arbor nuper-Donum sa- fata crebris gemitibus ac lacrymis, tamquam oport- chrymaru tunis auris & aquis fouetur & irrigatur: beatus beatitudo inquam, qui bonos cogitationum suarum succulos est. orationibus & lacrymis irrigat ac fouet, ut gratos Domino fructus in tempore suo serant. Neque enim tantum aquæ & flabra surculis, quantum Nilus c. 67a de orat. suspiria & lacrymæ animabus nostris profunt.

Sacerdos, ait Beatus Ephrem, qui luctum amplectitur, haud facile peccabit; & qui cordis vacat De vit. spir. compunctioni, non cogitat malum. Et verè ita se c. 49. res habet, ea animæ enim afflictione nascuntur Sacerdos lacrymæ, & in medio lacrymarum inualescere qui assiduo nequeunt prave concupiscentiæ, earumq; admira- plorat, raro offendit niculo vitiorum habenas infringimus.

Quid cogitas Sacerdos, qui famulus es æterni Domini? quare non ploras? cur non cogitas Sacerdotis lacrymas tuas esse spongiam tuorum & populi lacrymæ peccatorum, & magnam earumdem virtutem spongia delictoru esse? hæc Chrysostomus. Quis non igitur lacry- populi. mis indulgeat, quis habenas fletui nõ laxet, cum tanta lacrymarum sit virtus & efficacia?

O beatos Heraclitos! ò verè felices lacry- Sup. Psal. 90 mantes



*In mod. bene viuendi* mantes! Tunc ait Bernardus, *anima illuminatur*  
*serm. 9.* quando ad lacrymas compungitur, lacryma apud  
 Lacrymæ Deum semper nobis dant fiduciam magnam. Incel-  
 animam santer igitur plorate oculi mei, cum flumina  
 nostram il- vestra tantam mihi incedenti lucem & gratiam  
 luminant tantamque apud Deum mihi securitatem adfe-  
 & securam rant.  
 præstant.

Qui non E contrariò qui non lacrymatur, præsentis  
 plorat in- sæculi miserias non sentit, nec ad futura bona  
 sensibilis aspirat. Si enim, teste D. Bonauentura, No-  
 est. plangis, non sentis animæ vulnera, conscientia la-  
 sionem: sed nec futura satis gaudia concupiscis.

*In Pharet. 1.* non quotidie postules ea cum lacrymis. Dies igitur  
 2. c. 18 ex meos in fletu cupio traducere, & toto vitæ tem-  
 D. Bernar. pore me lacrymis dedere, cum per easdem ani-  
 serm 3. de mæ paretur salus, sine iis verò sempiternam illi-  
 quad. damnationem incurrat.

Lacrymæ Sæpe ad nos venit Deus etiam non vocatur  
 Dei donū. ait S. Climacus, spongiamque amoris sui, cele-  
 stisque cuiusdam refrigerationis nobis conce-  
 dit, quæ dulcis piarum lacrymarum aqua est  
 quibus è conscientia omnes peccatorum macu-  
 læ eluuntur, hæc igitur oculis ipsis nobis sit ca-  
 rior. Is enim absque metu ruinæ est, qui ex mor-  
 tis scelerumque memoria genas suas viuentium  
 aquarum perpetuis imbribus rigat. Merus ergo  
 mortis, peccatorum priorum horror, iudiciorum  
 formido, ac tormentorum infernalium apprehensio,  
 verè lacrymandi occasio sunt.

*De luctu gaudij opific. grad. 7.* Eia igitur beati Sacerdotes, recordemini, et  
 Semper cū vobis semper cum lacrymis orandum. Numquid  
 lacrymis orandum. enim, inquit Isidorus orationi insistendum,  
 Lib. 3. de adsit lacryma: nam ipsa scelerum memoria quam-  
 sum. bon. c. 7. dam tristitiam generat. Cum enim Deum ob-  
 precamur, peccata commissa in memoriam reuocamus

uocamus, ac tum longè melius agnoscimus esse nos multorum criminum reos, Ideoque cum Deo assistimus, gemere & flere debemus, reminiscentes quàm graua scelera commiserimus, quamque dira inferni supplicia quæ timemus. Monitionis huius memento anima mea, & quotiescumque ad Deum, orandi causa accesseris, infernalium suppliciorum magnitudinè quamprimum in memoriam reuoca; recordare quoque præteritorum criminum, atque post hæc omnia, diluuium lacrymarum comitetur.

CAPVT XII.

*De horis Canonicis Sacerdotum.*

Sacerdotibus omnibus ex officij ratione in conscientia incumbit quotidie horas Canonicas legere, velut sancta quædam exercitia à Spiritu sancto instituta, ab Ecclesia approbata, à Cõcilijs stabilita, & in sacris litteris fundata. *Septies in die laudem dixi tibi*, aiebat Psalmographus. Septem illæ vices, quibus pius ille rex se orationi dabat, mysticè iam tum designabant septem horas canonicas, Matutinam, primam, tertiam, sextam, nonam, vesperas & completorium, ad quarum recitationem obligati sunt Sacerdotes.

Sacerdotes tenentur Breviarium recitare. Horæ sacre in S. Scriptura fundata. *Psal. 118.*

Dauid potens ille rex, à negotiorum regni molestijs sese interdum de die expediens; Deo vacaturus magna pietatis testificatione dicebat, exercitia *Mane, Deus meus, oratio præueniet te, &c. & in Dauidis. Psal 87. matutinis meditabor in te, id est summo mane ad Psal. 62. orandum lectulo exurgam, Deumque prius quam sol eluxerit deprecabor. Si regis huius*

H 5 ) tanta